



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. An libellus accusatorius in omni causa producendus? Quae continere debeat? quae formula accusationis & subscriptionis accusatori servanda?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

de suspect: tutorum. item in crimine notorio
L. ea qua C. de accus: L. Apostatarum. C. de A-
postat: Item quoties crimen in modum ex-
 ceptionis opponitur *cap. super de his accus:*

2. Verùm sicut in civilibus ita in cri-
 minalibus causis exigitur libellus sive de
 crimine civiliter agatur, sive criminali-
 ter. *L. libellorum. ff. de accusat:* præterquàm
 in levibus criminibus, quæ de plano di-
 scutienda *L. levia ff. de accus:* Debet autem
 de jure communi libellus accusatoris
 continere 1. nomen accusatoris, & ac-
 cusati, ut constet quis sit accusator, &
 quis accusetur (quanquam si nomen ac-
 cusati ignoretur, possit describi ex habi-
 tu, officio aut aliis circumstantiis) 2. no-
 men Judicis coram quo crimen deponi-
 tur, ut constet, an is sit competens. 3. spe-
 ciem criminis in individuo locum, men-
 sem, annum commissi criminis, aliàs ac-
 cusatio redderetur incerta, & proindè
 ipso jure nulla etiam parte non opponen-
 te. *Clarus hic. qu. 12. num: 9.* eripereturque
 reo facultas se defendendi. 4. personas in
 quas aut quibuscum patratum dicitur.
 An horam & diem? Non, nisi id reus pe-
 tat, ut

tat, ut scilicet negativam loco & tempore
 coarctatam, puta si eo die fuisse se in alio
 loco remoto à loco delicti probare pos-
 sit. 5. subscriptionem accusatoris ad pœ-
 nam talionis continere debet, non tan-
 tùm in publicis delictis, verùm etiam in
 privatis criminaliter intentatis. *L. fin. ff. de
 privat. delict.* quod constitutum est, ut ho-
 mines arceantur à calumniis *L. pen: & ibi-
 dem.* 4. Gl: & ne innocentia alicuius te-
 merè periclitetur & vim patiatur. Formu-
 la subscriptionis hæc est. *Ego Titius profiteor
 hunc me libellum dedisse; profiteor etiam pœ-
 nam calumniæ me subiturum, si in probatione
 defecero: ita Rosfred: Benevent. parte 7. b.
 tit.* qui ibidem varii generis libellos accu-
 satorios producit. Ecce hunc super crimi-
 ne homicidii: *Ego Lucius accuso Titium co-
 ram vobis Domine Iudex, quod ipse occidit Ca-
 jum in Vrbe Romana in platea Lateranensi hoc
 anno, mense Novembris. Vnde peto ipsum lege
 Corneliâ de sicarijs puniri: profiteor ego Lucius
 & subscribo me hunc libellum dedisse An: 1550.
 mense Ianuarij & me hanc accusationem legiti-
 mè probaturum promitto, & si calumniosè hunc
 accuso, me ad pœnam calumniæ aut talionis ob-*

ligo.

ligo. Vide ultra. *L. libell. ff. de accus. & Can: fm: §. libellorum. 1. q. 8. & de his fusè Greg: Tholos: lib. 5. tit. 9. cap: 4.* quamquam hodiè pœnam talionis passim à foro per consuetudinem recessisse asserat Felin. *in cap. super his not. ult. h. t.*

3. Videamus nunc, quâ Ratione præsentatis libellis accusatoriis ultrà procedatur. Et quidem coram Præsede imprimis debet comperare accusator dicens. Domine ego volo accusare N. Domine citetis ipsum. Certè secundum jura, licet fortè de consuetudine in pluribus locis aliud servetur, sic Præsides procedet. Tu vis (dicit accusatori) quod ego citem talem quem vis accusare: modo obligas te, quod tu accusabis & præstabis omnia, quæ ratio accusationis exigit? citabo eum: Itaque citabitur accusatus, si vult se obligare accusator, aliter non: nullus enim est citandus vel exhibendus, nisi quem Judex præceperit *L. Nullus. C. de exhib. reis L. neminem C. qui accusare non possunt.* Nisi in quibusdam casibus, in quibus possunt sine mandato Judicis exhiberi etiam inviti, quales censentur desertores militiæ, latrones publici, raptores